

Sitzungsberichte

der

königl. bayer. Akademie der Wissenschaften

zu München.

Jahrgang 1865. Band II.

1865, 2

München.

Druck von F. Straub (Wittelsbacherplatz 3).

1865.

In Commission bei G. Franz.

176 G

II.

Ein Tractat über das heilige Land und den dritten Kreuzzug.

Im Cod. lat. 5307, einer Papierhandschrift aus dem 15. Jahrhundert findet sich von fol. 92—152 eine 'Descriptio terre sancte', welche sich nach der Einleitung und dem Inhalt im wesentlichen als die Abschrift des Brocardus oder Burchardus (der Codex hat *Conradus*) de Monte Sion zu erkennen gibt; freilich mit Zusätzen und Erweiterungen, welche über die bekannten Ausgaben, namentlich von Basnage im 4. Band der *Lectiones Antiquae* des Canisius p. 9—22 hinausgiengen, während andere Capitel fehlen. Solche aus vielerlei Quellen zusammengetragene, meist urtheilslos an einander gereihte Darstellungen gerade über diesen Gegenstand sind so häufig als es bis jetzt selten ein Gelehrter über sich nahm in dieses willkürliche und oft ungefällige Schriftwesen Licht und Ordnung zu bringen. Verdankt man doch erst in allerneuester Zeit dem Herausgeber der 'Peregrinatores medii aevi quatuor' Herrn J. C. M. Laurent die rechte Aufklärung über das Hauptwerk, aus welchem so viele ihre Weisheit nahmen, über den Burchardus. Dass auch diese 'Descriptio' aus verschiedenen Theilen zusammengeschweisst ist, zeigt schon die äussere Form; wie viele es Theile und woher diese seien, das konnte nur Vertrautheit mit diesen Dingen herausbringen.

Glücklicher Weise kam nun auch unser Codex in die Hand eines rechten Mannes. Herr Dr. Titus Tobler, welcher bei seinem letzten Besuche unserer Bibliothek auch diese

Handschrift prüfte, machte mich sogleich aufmerksam, dass unserem Burchardus nicht nur der sogenannte Eugesippus oder Fratellus 'de distantiis locorum terrae sanctae' angefügt sei, welchen Leo Allatius in den *Σύμμικτα* herausgegeben (auch dieser mit Zusätzen am Ende), sondern in der Mitte in den Context mit Wiederholung einiger Capitel aus Burchardus ein Anonymus, ein ihm unbekanntes Stück eingeflochten sei.

Der Anfang desselben: *Terra ierosolimitana in centro mundi posita est*, entspricht zwar einem Capitel des Burchardus (ed. Canisius p. 21), allein nach einigen Seiten weicht die Schrift entschieden ab. In der reichen Sammlung von handschriftlichen Initien — auch ein Erbstück von Schmellers Sorgfalt und Ordnungssinn, dessen Fortführung zu den geräuschlosen und ungerechneten Pflichten der Nachfolger gehört, fand ich den gleichen Anfang mit Hinweisung auf den Codex lat. 17060, und siehe das ganze im Codex 5307 eingelegte Stück liegt hier in einer Pergamenthandschrift (aus Schäftlarn) des angehenden 13. Jahrhunderts vor, welche also über Burchardus selbst hinausreicht. Einige Notizen von Docen in demselben belehrten mich, dass der zweite Theil, welcher im Codex 17060 (fol. 76—83) wie im anderen ohne Abschnitt folgt, in 'Eccardi Corp. histor. med. aevi' 2. col. 1350—1353 abgedruckt sei, was Herr Bibliothekar Föringer auch in ein Manual Schmellers (Cb Cat. 84 p. 108) nachgetragen hat. Die Vergleichung mit dem Texte in Codex 17060 zeigte freilich wie fehlerhaft und manchmal unverständlich jene Ausgabe zum Theil gemacht ist.

Der erste Theil aber des Anonymus scheint vollkommen unbekannt. Wenn ich diesen hiemit veröffentliche, so gehört der Dank Herrn Titus Tobler: ebendieser bestimmte mich auch den zweiten Theil in verbesserter Gestalt wieder zu geben, von welchem ich zweifle ob er demselben Urheber angehört, und welchen ich deshalb besonders gestellt habe.

Die Worte: 'nunc dicamus de excidio terrae et successione regum' dienen bloss als Bindeglied und gehören nicht zum Text.

Zur Herstellung des Textes konnte ich später noch eine Handschrift unserer Bibliothek benützen, Codex lat. 4351, wo ein Theil dieser Schrift als 'Tractatus de locis et statu terre iherosolimitane' erscheint, f. 203—204. welchem dann anderes angefügt ist, gleichfalls fortlaufend und ohne Namen, was sich mir bei näherer Prüfung als zum Theil übereinstimmend mit 'Beda de locis sanctis' (ed. Colon. 3. col. 363 ff.) ergeben hat. Wie dieser (im 8. Capitel), so führt auch jener seine Relation auf Arculfus Galliarum episcopus zurück, welcher kein anderes Verdienst hat als Vorredner des Adamnanus zu sein.^{fragmente}

Jedenfalls bietet unser Codex 17060 eine verhältnissmässig sehr alte und vielleicht ursprüngliche Fassung des Textes. Eine gewisse Einfachheit, Kürze und Strenge des Stils spricht gleichfalls für jene Ansicht.

Indem man den ganzen Text vor sich hat, wird es möglich sein was etwa auf anderen Bibliotheken ähnliches sich findet, zu vergleichen; möglich dass z. B. der Codex 10149 der Brüsseler Bibliothek (Vgl. Catalogue des manuscrits de la bibl. royale des ducs de Bourgogne II. 432) dem Initium nach zu schliessen hieher passt oder auch der Codex Rehdigerianus in Breslau.

Dass manche Chronik und manche Annalen einzelne Partien aus den Kreuzzugs-Schriftstellern und den Itinerarien zum heiligen Land aufgenommen haben, ist selbstverständlich. So treffen wir z. B. in den Annales Marbacenses (Pertz 17. 464) einen Auszug.

Die Männer des Faches, ein Laurent und Tobler, werden für eine solche synoptische Stufenfolge den Nachweis liefern, welchen überall selbst zu geben kaum gefordert werden kann, wenn es sich um Beschreibung von hundertlei

10376765
144 Sitzung der philos.-philol. Classe vom 4. November 1865.

Dingen in tausenden von Handschriften handelt. Hinwieder wird den Herausgebern der Monumenta Germaniae historica sogut wie des Recueil des historiens des croisades diese Gabe nicht missfallen.

Ich bemerke nur noch, dass der Text auf Codex 17060 beruht und die Varianten a. b. auf die Codd. 4351 und 5307 hinweisen. Einige Male dienten diese jüngeren Handschriften zu guter Ergänzung des ersteren.

Tractatus de locis et statu sancte terre ierosolimitane.

TERRA ierosolimitana in centro mundi est posita. ex maiori parte montuosa. ubere gleba fertilis. cui ab oriente adiacet Arabia, a meridie Egiptus, ab occidente mare magnum, a septentrione Siria et mare cipricum. Hec ab antiquis retro temporibus communis fuit patria nationum. que ad loca sancta colenda illuc de quibuslibet partibus conuenerunt. sicut in actibus apostolorum legitur¹⁾. Parthi et Medi et cetera.

Diuisio Latinorum.

Nunc autem iste sunt gentes que in ea conuersantur. et habent in ea domicilia et oratoria. quorum alii sunt Christiani. alii non. Christianorum uarie sunt gentes et in uarias sectas diuise. quorum primi sunt Franci qui Latini uerius appellantur. homines bellicosi. armis exercitati²⁾.

1) *legimus in missione sancti spiritus a.* | 2) *exerciti a b.*

nudi capite et soli qui inter omnes gentes barbam abradunt. et dicuntur Latini omnes qui latina litera utuntur et romane ecclesie obediunt. isti pure catholici sunt. Alii sunt Greci. ab ecclesia romana diuisi. homines astuti. armis parum exercitati¹⁾. pileos oblongos portantes. errantes in fidei et iuris articulis. precipue in eo. quod dicunt spiritum sanctum non a patre et filio sed a patre solo procedere. et²⁾ solum fermentatum sacrificant. et in multis aliis errant. propriam literam habent.

De Surianis.

Alii sunt Suriani armis inutiles. ex maiori parte non sicut Greci barbam nutrientes. sed ipsam aliquatenus³⁾ castigantes. in⁴⁾ terra Latinorum et Grecorum ubique tributarii. Grecis in fide et sacramentis per omnia concordantes. literam habent sarracenicam in temporalibus et in spiritualibus grecam.

De Armenis.

Alii sunt Armeni. armis aliquatenus exercitati⁵⁾. a Latinis et Grecis in multis discordantes. ieunantes tempore natiuitatis Christi suam quadragesimam. et in die apparitionis natiuitatem Christi celebrantes. et multa contra ecclesiastica iura et instituta facientes. hi propriam habent literam. Inter Armenos et Grecos est odium in placabile. Armeni nuper romane ecclesie obedire promiserunt. dum rex eorum a maguntino archiepiscopo romane sedis legato coronam accepit.

1) exerciti a.

2) et panem ferment. a. b.

3) aliquantulum a. b.

4) inter l. et gr. ritum medii ubique trib. a. b.

5) exerciti a.

De Georgianis.

Alii sunt Georgiani, sanctum Georgium sollempni pompa colentes, armis plurimum exercitati¹⁾, barbam et comam immensam nutrientes, gestantes unius cubiti pileos. isti tam laici quam clerici coronam habent adinstar clericorum, clerici²⁾ rotundas, laici vero quadratas. fermentatum sacrificant et pene in omnibus Grecos imitantur. propriam literam habent.

De Jacobinis.

Alii sunt³⁾ Jacobini siue Jacobite, a quodam Jacobo in⁴⁾ nestorianam heresim deprauati, pessime credentes, chaldeam habentes⁵⁾ literam.

De Nestorianis.

Alii sunt Nestoriani in fide heretici, dicentes beatam Mariam tantum hominis matrem fuisse et in multis aliis errantes. literam chaldeam.

Diuisiones Latinorum.

Latini etiam in uarias gentes diuiduntur, scilicet Alamannos, Ispanos, Gallos, Italicos et ceteras gentes quas parit Europa.

1) *exerciti a.*

2) *clerici vero r. l. q. a b.*

3) *autem a.*

4) *hi i n a.*

5) *habent a b.*

Diuisiones Italicorum.

De Italia sunt in terra ierosolimitana tres populi. ipsi terre¹⁾ efficaces et utiles. Pisani, Januenses et Venetici. nauali exercicio predocti, in aquis inuicti et in omni bello exercitati²⁾. mercimoniorum ingenio sagaces, a cunctis tributis liberi, excepti ab omni[um iudicium] iurisdicione³⁾. sibi metipsis iura dictantes. inter se tam⁴⁾ inuidi quam discordes, quod maiorem securitatem exhibit Sarracenis.

De domibus religiosis.

Sunt preterea in eadem terra ierosolimitana domus religiose, templum et hospitale⁵⁾, in pluribus habundantes. de tota Europa reditus colligentes, in ipsa terra promissionis largissimos reditus et possessiones habentes⁶⁾. hii dominice cruci precedenti⁷⁾ ad bellum hinc et inde assistunt, templarii a dextris hospitalarii a sinistris.

De habitu et continentia templariorum.

Qui videlicet templarii boni milites clamides albas cum rubea cruce simplice habent⁸⁾, ferentes uexillum biscolor quod balzano⁹⁾ dicitur. ipsos¹⁰⁾ in bello precedit. ordinate

1) plurimum eff. a b.

in ipsa t. pr. larg. redditusque poss. b.

2) exerciti a.

6) plurimos habentes de t. E. r. coll. a.

3) ab omnium iudicum iur. a.

7) procedentes b. procedent a.

ab omni iurisd. b

8) om. a b.

4) tamen inv. et d. a b.

9) balza b.

5) domus teutonicorum divitiis plurimis habundantes. habentes

10) ipsi in bellum procedunt a. wohl ipsis.

et absque clamore ad bellum uadunt. primi congressus et acriores ipsos expectant. in eundo sunt primi, in redeundo postremi. magistri sui iussionem attendunt. cum autem bellare iudicauerint et iussu precipientis bucine clangor insonuerit, dauidicum illud communiter concinunt et deuote '*non nobis domine non nobis sed nomini tuo da gloriam*'. flectentes lanceas in hostium¹⁾ irruunt cuneos²⁾. et cornua belli unanimiter et dure requirentes. nunquam ausi recedere aut³⁾ penitus hostes frangunt aut moriuntur. in redeundo postremi sunt et ceteram turbam premittunt, omnium curam et tutelam gerentes. si quis autem aliquo casu terga dederit, aut minus uiriliter egerit, aut contra Christianos arma portauerit dure discipline subicietur. clamis alba que est signum milicie cum cruce sibi ignominiose auferetur, a communione fratrum abicitur, in terra sine manutergio⁴⁾ per annum comedit. canes⁵⁾ si eum molestauerint, non est ausus increpare. per annum vero si magister eius et fratres penitentiam condignam iudicauerint, pristine milicie cingulo redditur. Templarii vero in dure religionis obseruantia degunt, humiliter obedientes, carentes proprio, pariter comedentes et induentes, omni tempore extra commorantes in tentoriis.

De hospitalariis.

Hospitalarii vero albam crucem portant in clamide. pauperum et infirmorum curam gerentes. suam obseruantiam et disciplinam habentes⁶⁾.

1) *hostes* a b.

2) om. b.

3) *antequam . . . frangant aut mori- antur* a . .

4) *manutergio* a b.

5) *canis . . . molestarerit* a.

6) Hier schaltet b ein Capitel ein: *De Alamannis. Incipit: Habent etiam in Acco domum milites Alamanni . . .*

De patriarcha ierosolimitano.

Preterea ipsa terra ierosolimitana proprium¹⁾ patriarcham habet, qui est²⁾ caput et fidei pater et Christianorum et uicarius Jesu Christi. qui habet sub se quatuor archiepiscopos. unum in prouincia palestina. idest cesariensem. alterum in prouincia fenicea, scilicet tirenum. Tirus dicitur Suri. tertium in prouincia Galilee scilicet nazarenum. quartum in prouincia Moabitorum, scilicet petracensem. idest de Montreal.

De suffraganeis cesariensis.

Cesariensis habet unum suffraganeum, scilicet episcopum sebastensem ubi sepultus fuit Johannes baptista et Heliseus et Abdias prophete.

De suffraganeis tireni.

Tirens³⁾ habet quatuor suffraganeos scilicet accaronensem, sidoniensem, berithensem et illum de Belinas. que est Cesarea Philippi.

De suffraganeo nazareni.

Nazarenus arciepiscopus habet unum suffraganeum, scilicet tiberiadensem.

1) om. a b.

qui debet esse f. p. et christ.
et vic. b.

2) est f. christ. pat. et vic. a.

[1865. II. 3.]

3) archiepiscopus add. a b.

De suffraganeo petracensis.

Petracensis nullum habet suffraganeum latinum, habet unum grecum in monte Sinai.

De episcopis qui sunt sub patriarcha.

Patriarcha habet istos episcopos¹⁾ nullo mediante, bethelmitanum, lidenum et illum de Ebron, ubi fuit sepultus Adam et Eua, et tres patriarche, Abraham, Ysaac et Jacob.

De regula sepulcri domini.

In ecclesia dominici sepulcri sunt canonici secundum regulam sancti Augustini. priorem habent cum infula et anulo pontificali²⁾. sed patriarche soli obedientiam promittunt. cum vero patriarcha defunctus est, eligendus est qui-cunque predictis canonicis placuerit. et sine ipsorum electione nemo fiet³⁾.

De regula templi domini.

In templo domini est abbas et canonici regulares. et sciendum est quod aliud est templum domini et aliud⁴⁾ templum milicie. isti sunt clerici et illi sunt milites.

De monte Syon.

In ecclesia montis Syon abbas est et canonici regulares.

1) *Habet etiam dominus patriarcha ist. ep. a. b.*

2) *cum inf. et baculo et subtalaribus pontificalibus b.*

3) *cum — fiat om. in a. b.*

4) *est add. a.*

De monte Oliueti.

In ecclesia montis Oliueti¹⁾ abbas est et canonici regulares.

De monte Thabor.

In ecclesia montis Thabor abbas est et monachi nigri.

De ecclesia uallis Josaphat.

In ecclesia uallis Josaphat abbas est et monachi nigri.

De ecclesia sancte Marie.

In ecclesia de sancta Maria²⁾ latina abbas est et monaci nigri.

De infulis.

Isti omnes habent infulas sicut³⁾ predicti episcopi, patriarche obediunt et assistunt in ministerio.

De ciuitatibus que non habent episcopos.

Preterea iste sunt ciuitates que non habent episcopos. Scalona. que est sub bethlemitano. Joppen sub canonicis sepulcri. Neapolis sub abate templi domini. Caiphas sub cesariensi arciepiscopo.

1) canonici sunt et regulares ab- | 2) de sancta Maria om. a. b.
batem habent a. | 3) cum predictis ep. a. b.

De locis que sunt ueneranda.

Et licet ipsa terra ierosolimitana tota sit sancta et sollempnis utpote in qua prophete et apostoli et ipse dominus conuersatus est. tamen in ea sunt loca quedam que inter alia speciali uenerantur homines prerogatiua. quorum breuiter et nomina et merita¹⁾ exequemur. Nazaret in qua nata est uirgo Maria. in qua etiam angelico premisso legato Christus descendit in uterum uirginalem. in qua nutritus et humane incrementa etatis suscepit. Bethleem in qua celestis panis natus est. in qua indice stella Christo magi munera obtulerunt. ubi etiam latinus interpres Jeronimus requiescit. Jordanis in quo saluator noster baptizatus est. et humane salutis formam instituit. et spiritus sanctus in specie columbe uisus est. et uox patris audita est. locus jejunii qui dicitur Quarentena in quo Christus quadraginta diebus et quadraginta noctibus ieunauit. et obseruantiam quadragesimalem instituit. in quo et temptatus est a diabolo. stagnum Genesaret. circa quod dominus²⁾ conuersatus est. et miracula operatus. et discipulos euocauit. mons Tabor in quo transfiguratus est coram tribus discipulis, apparentibus Moyse et Helia.

De Jerusalem et locis sanctis.

In Jerusalem sunt multa loca uenerabilia. scilicet templum domini in quo representatus fuit. et inde eiecit uendentes et ementes. ubi Jacobus frater domini fuit precipitatus. mons Syon in quo dominus cenam cum discipulis suis celebrauit. ubi etiam nouum instituit testamentum. in quo spiritus sanctus super apostolos uisibiliter apparuit. ubi

1) prosequemur a b.

| 2) multum a b.

etiam uirgo Maria¹⁾ migrauit²⁾. Caluaria³⁾ ubi pro salute nostra crucem suscepit et mortem. sepulcrum in quo positum fuit corpus eius. et unde surrexit. mons Oliueti ubi a pueris honorifice susceptus est sedens super asinam. ubi et mirabiliter⁴⁾ ascendit in celum. Bethania ubi Lazarum suscitauit. Siloe ubi ceco nato lumen dedit⁵⁾. vallis Josaphat. que dicitur Gethsemani. ubi captus fuit Christus a Judeis⁶⁾. Sebaste. ubi sanctus Johannes baptista et Eliseus et Abdias prophete sepulti sunt. Ebron in qua Adam et Eua et tres patriarche (*add. sepulti*) sunt⁷⁾. Ecclesia sancti Stephani in qua lapidatus fuit. et si scriptura noui et ueteris testamenti sollerter resoluatur. nullus mons. nulla uallis. nulla campestria. nullus fluuius. nullus fons. nullum stagnum a uisitatione prophetarum et apostolorum et ipsius Jesu Christi uacauit⁸⁾ miraculis.

De fontibus.

Fons Siloe iuxta montem Syon non singulis diebus sed tribus in ebdomada currit. fons in partibus Samarie quatuor⁹⁾ in anno colores¹⁰⁾ mutat. scilicet puluerulentum. sanguineum. uiridem et limpidum. lacus asfatis est in terra ierosolimitana. in confinio Arabie et Palestine, ubi fuerunt V ciuitates que propter peccatum ciuium suorum submerse sunt. in quo lacu nichil mergi potest, quod habet animam. quod cum Uespasianus audisset, vii homines ignaros natandi ligatis manibus et pedibus intus proici fecit. qui per triduum

1) *de hoc seculo* add. b.

2) *ruit* a.

3) *Caluarie locus* ubi a.

4) *celos* ascendit b.

5) *reddidit vel restituit* b.

6) *et virgo Maria sepulta est* add. b.

7) *Ebron — sunt* om. a. b.

8) *vacuum est* a.

9) *quater* b.

10) *colorem* b.

intus erant. et non fuerunt mortui. circa hunc lacum arbores
sunt pulcherrima poma facientes¹⁾. que cum carpseris fetent.
et subito in cinerem²⁾ dissoluuntur.

De montibus³⁾.

Montes precipui sunt in terra ierosolimitana, scilicet Libanus. mons Tabor. Hermon. Gelboe. Carmelus. Libanus⁴⁾ altissimus omnium. et separat Siriam a Fenice. et habet cedros longissimas. sed non ita habundant sicut antiquitus. in monte Gelboe fabulantur quidam⁵⁾, quod non pluat propter imprecationem David, sed falsum est.

De animalibus.

Animalia plurima sunt in eadem terra preter communia animalia terrarum nostrarum. sunt ibi leones. pardi. vrsi. cerui. dayni. capri siluestres. animal quoddam seuissimum. quod appellatur lonzam. a cuius seuicia nullum animal potest esse tutum⁶⁾. et ut dicunt⁷⁾ leonem terret. sunt ibi preterea papiones. quos appellant canes siluestres. acriores quam lupi. sunt ibi cameli et bubali habundant⁸⁾.

De arboribus.

Arbores ibi pulcherrime sunt et omnium fere generum que nascuntur in terra. sed⁹⁾ preter communes arbores

1) *ferentes* b.

2) *pulverem* b.

3) Dieses und das folgende Capitel hat b erweitert.

4) *vero* add. a.

5) om. a.

6) om. a.

7) *etiam* add. a.

8) *habundanter* a b. Zu der Stelle vgl. Jacobus de Vitriaco histor. or. 3 bei Marten. anecd. 3. col. 279.

9) om. a.

quas habet Europa sunt ibi palme¹⁾ referentes fructus quos dicunt dactilos. sunt ibi arbores que dicuntur paradysi. habentes folia unius cubiti longa. et medii cubiti lata²⁾. ferentes poma oblonga, et in uno ramusculo centum sese³⁾ tangentia et melleum saporem habentia. sunt ibi limones arbores quarum fructus acer est⁴⁾. sunt arbores ibi que gignunt poma Ade⁵⁾. in quibus morsus Ade⁶⁾ euidentissime appetet. sunt ibi canne ex quibus fluit dulcissimus sucus. et vocatur canna mellis, unde faciunt zuccharum. sunt etiam ibi arbusta que seminantur sicut triticum. unde colligunt banbace⁷⁾. olim in toto mundo balsamus non erat nisi in terra ierosolimitana in loco qui dicitur Jericho. postea superuenientes Egyptii ipsa arbusta transportauerunt in Egyptum. et plantauerunt. est etiam ibi ficus pharaonis que non inter folia sicut cetere arbores sed in ipso trunko ficus facit. in ciuitate uero Babilone solum modo sunt plantationes. in quibus arboribus hoc mirandum est. quod si ab aliis quam a Christianis excoluntur, nullum fructum ferunt et sterilitate perpetua dampnantur. sunt etiam ibi cedri que fructus faciunt grossos sicut caput hominis sed aliquantulum oblongos. et habet fructus ille tres sapores. unum in cortice et est calidus. alium in medietate et est humidus. tertium in ultima medulla. et est frigidus. est etiam sciendum quod cedrus Libani⁸⁾ altissima est et sterilis. cedrus vero maritima est parua et fructuosa.

Mutatio nominum ciuitatum.

Nomina ciuitatum et locorum per mutationem gentium. que ipsam terram diuersis temporibus incoluerunt. paulatim

1) quorum fructus dic. dact. a.

2) lata add. a b.

3) invicem b.

4) acerrimus est b.

5) que dicuntur poma adam a b.

6) adam a.

7) banbacem a.

8) longissima a.

mutata sunt. veruntamen quarundam ciuitatum antiqua nomina et moderna referam. Jerusalem primo dicta est Jebus¹⁾. postea Salem. postea ex Jebus et Salem dicta est Jerusalem. deinde Jerosolima. postea Helia. ab Elio questore romano. qui eam post destructionem a Tito factam re-edificauit in eo loco ubi nunc est. Ebron primo Arbe. postea Cariatin²⁾. deinde Ebron. postea ad sanctum Abraham, quia ibi sepultus fuit cum Ysaac et Jacob. et ibi sepultus est Adam et Eua. Ascalona primo Philistin³⁾ ab urbe Philistinorum. Gaza semper sic uocata fuit. que nunc ad sanctum Georgium dicitur. Lidda fuit Joppen semper sic uocata. Cesarea primo Dôr. postea Turristratonis. deinde Cesarea ob honorem Cesaris est uocata. Caiphas primo Porfiria. Acaron⁴⁾ primo uocata fuit. deinde⁵⁾ Ptolomaida. nunc⁶⁾ iterum Acaron. Tirus semper sic uocata⁷⁾ fuit. urbs quondam nobilis in qua regnauit Agenor. unde fuit Dido. Sidonia vero Sagetta dicitur. Sarepta vero⁸⁾ appellatur Sarphen⁹⁾. Betheleem primo Effrata¹⁰⁾ uocata fuit. que nunc Neapolis. prius Sichar dicta est. que nunc Sebastia¹¹⁾. primo Samaria uocata fuit. que nunc Mahameria. prius Luza¹²⁾. postea Bethel dicta est. que nunc Belinas primo Paneas. postea Cesarea Philippi dicta est.

De rege et baronibus.

Preterea¹³⁾ eadem ierosolimitana prouincia latinum regem habet. qui a suo patriarcha sceptrum et coronam

1) Vgl. Laurent Odoricus p. 148,
sqq.

2) *Cariatim* a.

3) *Philistim* a.

4) *Acon* a.

5) *postea* a.

6) *deinde it.* *Acon* a.

7) *uocabatur* a.

8) *modo* a.

9) *Sarphet* a. *Sarphen* b.

10) *effiritta* a.

11) *Sebastia* a.

12) *luzil* a.

13) *In terra* a.

Item ead. terra ier. lat b.

accipit. cui omnes que in ea terra sunt obediunt nationes. hic rex sanctissimo sepulcro iurat defensionem iudicium et iusticiam inter gentes. consuetudines patrie et mores patrios obseruare. cui barones terre subiecti sunt. et¹⁾ ad nutum eius procedunt ad bellum. parati semper cum numero militum singulis assignato terram defendere et pro hereditate domini²⁾ dimicare.

De maioribus et baronibus.

Maiores autem barones isti sunt. dominus Berithi i. Baruth. dominus Sidonis. dominus Caiphe. dominus Cesaree. dominus Tiberiadis. qui est princeps Galilee. comes Joppen et Ascalonis. dominus de Montreal et totius terre ultra Jordanem. dominus Ybelino. i. Debelinas³⁾. dominus de Assur. dominus de Bethania.

De ciuitatibus que pertinent ad regnum.

Jerusalem vero et Tirus et Acaron⁴⁾ et Neapolis ad regnum spectant nullo dominio mediante.

De principe antioceno et tripolitano comite.

Princeps quoque antiocenus et comes tripolitanus licet extra confinium sancti regni ierosolimitani tamen homines regis sunt. et iurata⁵⁾ fidelitate tenentur. omnes isti centum habent numerum militum. quos semper oportet esse paratos armis et equis. ut cottidie Sarracenis resistant.

sunt

1) om. a.

4) accon a.

2) Christi a b.

5) ac ei iur. a b.

3) i. e. Belinas a.

De diuersitate paganorum.

Quia superius dictum est de sectis et diuersitate Christianorum. qui in terra ierosolimitana morantur. nunc dicamus de illis qui non sunt Christiani et ibi habent domicilia.

De Judeis.

Quorum primi sunt Judei. homines obstinati. plus quam mulieres inbelles. ubique serui. singulis lunationibus fluxum sanguinis patientes. uetus testamentum ad literam seruant. et literam habent hebream.

De Saduceis.

De his sunt Saducei. qui resurrectionem non credunt.

De Samaritanis.

Alii sunt Samaritani. similiter inbelles sicut Judei. linteo circinatum¹⁾ caput habentes. Judeis similes in cultu. sed in mente dissimiles valde. nam crudeles sunt inimici ad inuicem, solum modo V libros Moysi seruant. literarum hebrearum partem habent sed non omnes. ydiomate sarracenico utuntur. isti ita infelices sunt in generis sui propagatione quod in toto mundo uix trecenti inueniuntur.

1) *acrematum* a. *circumdatum* b.

De Assessinis.

Alii sunt Essei. quos uulgus uocat Assessinos. isti de Judeis tracti sunt. sed Judeorum ritus non obseruant. homines religiosi uidentur in sua superstitione. prelatum suum pro deo colunt. sibique usque ad mortem obediunt. cum enim princeps eorum qui semper uocatur senex¹⁾ uoluerit aliquem principem²⁾ occidere, nominato quem uoluerit occidi, in medio suorum cultellos longos proicit et acutos. tunc sui certantes ad cultellos currunt. et qui potuerit habere. grates refert principi. et statim ad occidendum eum qui fuerat nominatus emittitur et digreditur. quicunque in obedientia mortuus fuerit. pro angelo colitur. vita eorum communis est et proprium non habent. pauciores quam triginta non possunt ferre sententiam. magistrum habent in profundo orientis. qui est caput ordinis et superstitionis eorum. cui³⁾ omnes alii principes eorum subsunt et obediunt⁴⁾. hunc Sarraceni appellant deum cultellorum. in solos magnates conspirationem faciunt. hoc non sine culpa uel causa. plebeios occidere⁵⁾ apud ipsos summe ignominie est. literam habent ex chaldeo et hebreo permixtam.

De Buduinis.

Alii sunt Buduini⁶⁾. homines agrestes. quos uulgo⁷⁾ uocant siluestres Turcos. semper in campestribus habitantes. nullam habentes patriam neque domos. pecoribus et cunctis

1) *quasi sapiens* add. a

5) *accedere* a.

2) *principum* a. b.

6) *bedicoini* a. *boudewini* b.

3) so lese ich statt *cum*.

7) *vulgaris* s. t. *appellant* a.

4) *illi subditi sunt et obed.* a. *illi
obediunt* b. om. *cum*.

animalibus habundant. que nunc in terra Sarracenorum. nunc Christianorum accepta licentia pascuntur. isti plurimi sunt et per prouincias turmatim diuisi. carnibus et lacte uestiuntur. ouinis pellibus et caprinis uestiuntur. semper sub nudo aere cubant. nisi nimia pluua ingruente. tentoria habent de pellibus animalium. amici fortune sunt. nam quos uiderint uiribus preualere adiuuant. proditores maximi sunt latrones insignes. pileos rubeos portant et peplum circa pileos circinatum. quando nos preualemus aduersus Sarracenos. tunc fratres et amici nostri sunt. si vero Sarraceni preualuerint. ad ipsos declinant furantes Christianos¹⁾. uendunt Sarracenis. et Sarracenos Christianis. fides eorum nulla est nisi quam timor fecerit. Mahumeth de ipsis dicitur fuisse. literam habent sarracenicam sed ualde corruptam.

De excidio regni et regibus Jerusalem.

Nunc dicamus de excidio terre et successione regum²⁾. Terra ierosolimitana semper uariis casibus exposita fuit, et fere omnium gentium preda fuit et existit. nunc Cananeorum possessio. nunc Judeorum. nunc Assiriorum. nunc Persarum et Medorum. nunc Macedonum. nunc Romanorum. nunc Sarracenorum. nunc Grecorum. nunc Latinorum. et sic semper casibus subalternis ciuium suorum peccata deplorat. Nam³⁾ illud mirabile est quod deus peccatores diu

1) et add. a.

2) Diese Einleitung fehlt im Cod. 4351 (a), welcher dem Capitel die Aufschrift '*De variatione terrarum*' gibt.

3) so b. *nunc a* und cod. 17060.

in terra illa non tolerat. puniens eos in presenti ne dampnet in futuro¹⁾.

Qualiter vero ipsa tera ad Latinos peruererit et quomodo eam perdiderint et qualiter totus mundus in eius ultionem se armauerit, breuiter dicamus.

Cum olim terram ierosolimitanam Greci, sub quorum ditione fuerat perdidissent et longo tempore in potestate Sarracenorum extitisset, Latini de perdicione terre commoti collecto exercitu uenerunt. et per partes antiocenas intrantes auxiliante domino terram recuperauerunt.

Horum principes fuerunt hii. Gottfridus de Bulion, qui postmodum dominus fuit terre ierosolimitane, et Bayamont, qui princeps extitit Antiochie, et quidam alii. cumque postmodum semen Göttridi in tertia generatione defecisset, persone terre ierosolimitane et barones ad principes ultramarinos miserunt, rogantes ut principem destinarent. qui eos regeret et furentibus resisteret Sarracenis.

Qui habita deliberatione elegerunt quandam Fulconem andegauensem, uirum strenuum, regis Anglie proxima linea consanguineum, et miserunt eum ad terram ierosolimitanam. hic rex coronatus est, strenue rexit terram, duosque filios reliquit, Balduynum et Almaricum. quorum primogenitus Balduinus patri successit in regnum, uir strenuus et sapiens. quo sine liberis decadente, ad fratrem suum Almaricum regni potestas deuoluta est. qui ex uxore sua sibi plurimum consanguinea duos filios habuit, scilicet Balduinum et Sibiliam. a qua uxore cum fuisse iudicio ecclesie separatus, accepit neptem Emanelis imperatoris constantinopolitani, ex qua habuit filiam nomine Ysabel.

Mortuo uero Almarico, Balduinus filius eius regnauit pro eo, uir strenuus et sapiens et iustus. sed occulto dei iudicio leprosus fuit. hic sororem suam Sibiliam Guillermo

1) Hier schliesst cod. 4351 (a).

de longa spea cognomine, marchioni de Monte ferrato, tradidit in uxorem et ipsum comitem ioppensem constituit. qui uidelicet Guillermus ex ea filium genuit etiam nomine Guillermum. postea mortuus est pater eius de longa spea cognomine, uir probus in armis et placidissimus. rex vero Balduinus, cum esset leprosus et nollet uxorem accipere, nepotem Guillermum, filium Sibilie et marchionis coronauit regem. relinquens eum in tutela Raymundi comitis tripolitani. mortuus est rex Balduinus et sepultus est ad patres suos. Sibilia vero soror eius, comitissa Joppen, iam nupserat cuidam militi Guidon de Lisignano, uiro satis armis strennuo, sed fortuna et scientia inferiori.

Non post multos dies mortuus est rex puer Guillermus. Sibilia uero mater pueri, comitissa ioppen, cum patriarcha Eraclio et aliis terre personis procurauit, quod sibi et uiro suo Guidon regnum daretur. qui coronati sunt ignorante et inrequisito comite tripolitano, qui fuerat a rege Balduino regni procurator et baiolus constitutus.

Ob quam causam cepit ea machinari que possent in regis redundare dedecus. et tam ipso ut dicitur procurante quam etiam peccatis nostris exigentibus, culpa quoque Rainaldi principis de Montreal, qui treugas quas (in) regnum ierosolimitanum cum Sarracenis habebat in perpetuum, maxima preda capta confregit. et irruerunt Sarraceni in regnum ierosolimitanum. et capto rege et baronibus et populo uniuerso, ligno quoque dominice crucis, et Jerusalem hereditate dei, ciuitatibus et castellis uniuersis, anno dominice incarnationis millesimo. centesimo. octogesimo septimo. totum regnum usque ad internitionem contriuerunt. in quo regno sola Tirus, urbs in medio maris sita et fere a mari circumdata, excidio perpetrato remansit. quam postmodum Cunradus marchio de Monte ferrato, frater Guillermi quem supra memorauimus, laudabili strennitate defendit. et Sarrauenis tam in mari quam in terris restitit gloriose.

Predicti namque excidii dato passim rumore per orbem tremuerunt gentes. commota sunt regna. uenerunt a finibus terre tribus domini. liberare sacrificium eius de manibus impiorum. portantes iniquitatem in cubilibus suis. et de sua uirtute deceptrice presumentes.

De aduentu Italicorum¹⁾.

De Italicis primi ergo in ultionem iniurie Christi occurrerunt homines bellicosi, discreti et regula sobrietatis modesti, prodigalitatis expertes, parcentes expensis, cum necessitas non incubit. et qui inter omnes gentes soli scripta legum sanctione reguntur. hii ducem proprium non habentes, cum suis quos elegerant tribunis, ad obsidionem urbis Acharon cum ipso rege Guidon, qui fuerat a captiuitate liberatus, perrexerunt.

De obsidione Acharon.

Ciuitas Acharon, que antiquitus Ptolomaida uocabatur, in litore maris est posita. et est ipso mari a meridie et occidente prelusa. ab oriente vero et septentrione tota patet. ex qua parte Italici urbem obsederunt.

Quos postmodum ueniens Salatynus cum multitudine infinita obsedit, credens illos propter paucitatem penitus delere. sed misericordia fauente diuina ei in contrarium cessit.

De aduentu Christianorum.

Nam diebus paucis euolutis uenerunt Daci, Normanni, Gotti, Franci et cetere gentes. que inter occidentem et septentrionem site sunt. gentes bellicose, procere corpore, mortis intrepide, nauibus rotundis que hisnachie dicuntur

1) Cod. b gibt dieses Capitel etwas verschieden.

aduecte. hii si non superuenissent. Christiani funditus essent demoliti. isti cum ipsis Italicis ciuitatem obsederunt.

De aduentu imperatoris Friderici.

Cum hec apud Acharon geruntur, Fridericus imperator Romanorum cum exercitu perspicuo de Teutonia egrediens, per Ungariam et Bulgariam, et inde per Seruigiam, et per Macedoniam ac Greciam transiens. in manu forti et brachio extento. in Licaoniam transuetus est. ibique de Philomena et Yconio. et aliis ciuitatibus gloriose triumphans. Soldano et Turcis rebellantibus domitis aduenit in Armeniam. ubi peccatis nostris promerentibus dum in estu maximo in fluum quem Ferrum¹⁾ incole appellant, lauandi gratia descendisset, mortuus est. et accessit dampnum inestimabile Christianis.

De probitate imperatoris.

Fuit autem Fridericus imperator uir christianissimus bellorum omnium triumphator. animosus infinitum. familiaris quibuslibet. uictis clementissimus. obliuiosus iniurie. statura mediocris. corpore rufus. etate longeuus. et qui corporis strenuitate non erat inferior quam ducatu regiminis. huic in regendo exercitu successit filius eius nomine patris sui Fridericus, dux Suevie, armis strenuissimus. quo per Armeniam ducente exercitum, in confinio ipsius Armenie et Sirie non longe a nobili civitate Antiochie ingens plaga desuit in Alamannorum exercitu. et uel propter intemperantiam aeris. uel ciborum habundantiam. a quibus se temperare

1) *Ferritin* b. *Ferlim* ed. Eccard. über die Entstellungen des Namens vgl. Pertz 17, 465 Not. 10, wo wohl aus Versehen der *Orontes* statt des *Calycadnus* gesetzt ist.

nescierunt. fere omnes mortui sunt. ac si nollet deus membra suo capiti superuinere.

De duce Suevie.

Ipse autem dux Suevie cum paucis ad obsidionem Acaron deuenit. ibique paucis diebus euolutis mortuus est.

De ducibus¹⁾.

Fuerunt autem in exercitu imperatoris isti principes et barones. dux Suevie. dux Berhtoldus Meranie. episcopus herbipolensis. arciepiscopus tarantasianus. episcopus monasteriensis. episcopus pattauiensis. episcopus oburgensis. episcopus missiniensis. episcopus derubenensis. episcopus basiliensis. episcopus leedicensis. Hermannus marchio baudensis. Fridericus de bergilen. Cunradus de dorendoc. et Fridericus frater eius. Gotbertus et Pepo comites. et alii multi. quos labor esset nominare. interea uenerat ad obsidionem Acaron Philippus ~~comes~~ Flandrie. Teobaldus et Stephanus comites Campanie. et Heinricus nepos eorum. qui postea dominus ierosolimitane urbis remansit. et dux Burgundie. et Ludoycus landegrauius Turingie et plures alii principes et barones.

De litibus.

Ceperunt potius in exercitu omnes litigationibus operam dare quam expugnare ciuitatem. In diebus illis facta est fames ualida in exercitu. ita quod uestes et arma cogerentur milites ob uictum distrahere et mactare equos. vna enim gallina marsupium magnum euacuabat. immo quod deterius

1) Zu diesem Capitel vgl. die Annales Marbacenses a. 1189 bei Pertz 17, 164.

est auro cibaria non poterant inuenire. Eodem tempore Cunradus marchio quem supra memorauimus homo sagacissimus habens ciuitatis Tiri dominium cepit ad regni ierosolimitani gubernaculum aspirare. et in tantum sua astutia processit, quod Ysabel filiam regis Almarici a uiro suo Onfredo, qui regionis ultra fluuium dominus fuerat fecit ecclesiastico iudicio separari ipsamque in uxorem accepit.

De aduentu regis Francie et regis Anglie.

Hisdem temporibus Philippus rex Francorum peruenit ad obsidionem Accaron. post cuius aduentum aliquantis tractis diebus Ricchardus rex Anglie, deuicta insula Cipri et bonis omnibus expoliata, ad eandem obsidionem peruenit.

De discordia inter eos.

Venit autem cum eisdem regibus omnium incentiua malorum filia diaboli potentissima regina inferni, discordia. et sedit in medio eorum cum sorore sua primogenita macilenta et liuida, inuidia scilicet. et tam ipsos reges quam etiam totum exēcitu Christianorum in diuersas uoluntates et actiones distraxit. cum enim Francorum regi pugna contra ciuitatem placeret, anglico displicebat. et quod placebat anglico, displicebat franco. et in tantum huiusmodi aucta est discordia, quod fere inter se intestinum bellum mouerunt. et inter omnes alios principes et barones duorum regum effusa est discordia.

De his qui adiuuabant regem Francie.

Cum rege Francie isti fuerunt barones. dux Burgundie. comes Clari montis. marchio Cunradus. cuius potentia magna

erat in exercitu. Templarii. Januenses. landegrauius de Turinga. comes Rübertus et episcopus beluacensis.

De his qui adiuuabant regem Anglie.

In parte regis Anglie fuerunt isti. comes flandrensis. comes Campanie. rex Guido. Hospitalarii. Pisani et plures alii. his diebus Sibilia uxor regis Guidonis mortua est. et marchio magis ac magis ad regnum aspirauit. his diebus mortui sunt comites Stephanus et Tebaldus frater eius, milites strennui et sapientes. Mortuus est comes Flandrie et landegrauus de Turingia. uir per omnia strenuissimus et celebri fama in perpetuum nominandus.

De machinis et castellis.

Erectis igitur machinis et castellis contra menia ciuitatis Acharon urbem fortiter expugnare ceperunt. et Saraceni non minus fortiter resistere. comburentes edificia que Christiani erexerant. tandem uolente domino muri ciuitatis ceperant frangi propter utriusque regis edificia. et turris que dicitur maledicta iactis lapidibus conquassari. unde Christianorum animi eriguntur, Sarracenorum deprimuntur. jam enim poterant Christiani fractis muris ingredi ciuitatem. tum Saraceni pacta querunt. reddere ciuitatem promittunt. et crucem dominicam et captiuos christianos. si ipsis solum modo uita seruaretur. pacta placent. per manus marchionis in potestate regum redduntur. ciuitas liberatur. et inter ipsos reges diuiduntur Saraceni. qui fuerunt intus inuenti. postea uero cum pacta seruare nequissent, quia crucem dominicam nullo modo poterant inuenire, omnes decollati sunt.

Rex Francie nacta occasione recessit. uices suas et milites duci Burgundie commisit. Anglorum uero rex in

terra ierosolimitana remansit. et reedificauit Joppen et Ascalonam. Salatinum et exercitum eius bello confregit. mercatores Salatini ad Damascum euntes cepit. Joppen postea a Saracenorūm insultibus liberauit strenuissime¹⁾.

His diebus Cūnradus marchio dominus est terre ierosolimitane factus. et post paucos dies ab Assassinis interfectus fuit in Tiro. que fuerit causa interfectionis eius (siue) plus in opinione. quam in ueritate repertum habeo. quidam dicunt quod rex Anglie mortem eius procurauit. propter hoc quod sororem suam noluit in uxorem accipere. alii dicunt quod Onfredus dominus de Montreal fecit eum occidi. propter hoc quod sibi uxorem suam Ysabellam abstulerat. alii dicunt quod propria uoluntate motus est assassinus ad ipsum interficiendum. propter hoc quod quosdam mercatores terre sue apud Tirum clam interfecit²⁾.

De strenuitate Cūnradi.

Fuit autem Cūnradus uir armis strenuuus. ingenio et scientia sagacissimus. et animo et facto amabilis. cunctis mundanis uirtutibus preditus. in omni consilio supremus. spes blanda suorum. et hostium filium ignitum³⁾. simulator et dissimulator in omni re. omnibus linguis instructus. respectu cuius facundissimi reputabantur elingues. quem in hoc solo plurimum fuisse culpabilem reproto, quod alterius uxorem marito uiuente seduxit et fecit a uiro suo separari

1) Hier schliesst Cod. 5307.

2) *ut eorum pecunias haberet quia ditissimi erant.* Diese überflüssige Erweiterung gibt Eccard.

3) *fulmen ignitum* hat Eccard. So scheinbar dies sein mag, behalte ich *filium ignitum* bei, was sich im mittelalterlichen Latein recht gut denken lässt: *filium ignitum* ist eben *fulmen*.

ipsamque in uxorem accepit. sed inuidie species¹⁾ plurima contra eum confinxit. his diebus Guido rex Jerusalem sub cuius infortunio sacrum regnum decessit, factus fuit rex Cipri a rege Anglie. mortuo Cunrado marchione. Heinricus comes Campanie accepit Ysabellam filiam regis Almarici in uxorem, que fuerat uxor marchionis, et dominium terre ierosolimitane suscepit.

De regressu regis Anglie.

Rex vero anglicus inter Christianos et Sarracenos quinquennalibus treugis compositis recessit. qui captus est in Teutonia Astrie et traditus imperatori Heinrico. ducenta milia marcarum argenti in sua redemptione persoluit. liberatus vero in patriam propriam deuenit. ibique postmodum fuit a quodam milite occisus.

De statu regis Anglie.

Fuit autem Richardus rex Anglie homo ferocissimus. (armis ultra modum strenuissimus)²⁾. fauorabilis. glorie cupidus. pecunie liberalis. quoconque ipsum trahebat impetus sequens. et quem ipsi Sarraceni plus Christianis aliis tremuerunt.

De aduentu Alamannorum.

Treugis ergo sic dispositis et ab utraque parte conservatis. anno dominice incarnationis m^o. c. nonagesimo septimo.

4) *invidia serpens* Eccard, wahrscheinlich aus übelverstandener Abbreviatur von spc.

2) Dies nach Eccard, im Cod. fehlt es.

Heinrico imperatore procurante Alamanni in terra promissionis uenerunt. homines bellicosi. ingenio crudi. expensarum prodigi. rationis expertes. uoluntatem pro iure habentes. ensibus inuicti. in nullis nisi hominibus sue gentis confidentes. ducibus suis fidelissimi. et (in) quibus uitam potius quam fidem posses auferre. hii cum uenissent in terram promissionis. treugas fregerunt. urbem Beriti recuperauerunt. Joppen perdiderunt.

De morte Heinrici regis.

His diebus comes Heinricus qui dominus terre ierosolimitane extiterat, de quadam fenestra palacii sui cecidit et mortuus est. huius uxorem nomine Ysabel que regnum hereditauit. accepit Almaricus rex Cipri. et coronatus est in regnum ierosolimitanum. Alamanni uero ad obsidionem castelli Teroni¹⁾ accesserunt. ibique mensibus aliquot commoratis. audita morte imperatoris Heinrici recesserunt.

De baronibus et principibus.

Quorum principes fuerunt isti. Cunradus maguntinus archiepiscopus. Cunradus cancellarius imperatoris. Heinricus dux Saxonie. Liupoldus dux Astrie. Dux Bramacie²⁾. Hermannus landegrauus de Turingia. frater Lodoysi quem supra memorauimus. Pattauiensis episcopus. Ratisponensis episcopus. Cicensis episcopus. Aluistanensis episcopus. Marchio Cunradus. Albertus comes. Heinricus de Caladin marschalcus. et plures alii. quos memorare non curo. nulla est enim ambicio memorandi. quos constat plurimos fuisse et nulos. nil ualet affectus. nisi subsequatur effectus.

1) *Turonis Eccard. Toron bei Burchardus ed. Laurent p. 31.*

2) i. e. *Brabantiae.*

Zur Erklärung der historisch-geographischen Stücke unseres Textes dienen neben dem eingangs angezogenen Werke von Herrn Laurent 'Peregrinatores medii aevi quatuor' auch die neuesten Schriften von Herrn Titus Tobler, namentlich dessen 'Theoderici libellus de locis sanctis' St. Gallen 1865. Für das Capitel 'mutatio nominum civitatum', oben pag. 23 sei es gestattet auf das 'Epimetrum Marini Sanuti Syriaca' in unserem „Urkundenbuch der Republik Venedig“ (Fontes rerum Austriacarum XIII) II. 399—416 hinzuweisen, wo ein geschlossener Commentar gegeben ist. Einen aus Handschriften geschöpften 'Paraplus von Syrien und Palästina' habe ich jüngst in meinem akademischen Memoire 'Der Periplus des Pontus Euxinus' München 1864 vorgelegt.

Herr Birlinger übersandte nachträglich (vgl. diese Berichte 1865 II. 1):

„Ein alemannisches Büchlein von guter Speise“.

Die neunte Publikation des Stuttgarter Literarischen Vereins brachte unter anderem a. 1844 das bekannte „Buch von guter Speise“ aus der Würzburger Handschrift der k. Universitätsbibliothek in München¹⁾. W. Wackernagel gab um dieselbe Zeit in Haupt's Zeitschrift für deutsches Alterthum V, 11 ff. Nachricht und Notizen aus dieser der Mitte des 14. Jahrhunderts angehörenden Hand-

1) Beschreibung der Hs. von Ruland im Archiv des historischen Vereins für Unterfranken und Aschaffenburg 1851. XI, Heft 2 S. 1 ff. Benutzt ist die Hs. schon von Docen, v. d. Hagen in den Minnesingern und Gesammtabenth. Haupt's Zeitschrift, v. Lachmann u. s. w.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Sitzungsberichte der philosophisch-philologische Classe der Bayerischen Akademie der Wissenschaften München](#)

Jahr/Year: 1865

Band/Volume: [1865-2](#)

Autor(en)/Author(s): Thomas Georg Martin

Artikel/Article: [Miszellen aus Handschriften der Münchener Staatsbibliothek. Ein Tractat über das heilige Land und den dritten Kreuzzug 141-171](#)